

- A** tens euertere, dat, non tamen concedit Eunomio, spiritū ordine dignitatēq; tertium esse, probans, nō tamen ex eo necesse ēē, vt natura q; tertius sit. Patet ergo Eunomij rōnes artificiosas fuisse, qbus cōcludere, ostendereq; nitebatur id, quod ex ipsis necessario nō potuisset inferre. Eunomius, P. amp. sanctum spiritū ordine ac dignitate tertium esse, a sanctis accepisse profitebatur, ratus ex eo simpliciter, ac sine cōtrouersia concludere posse, ipsum natura tertium ēē. Necesse enim fuerat ei ad cōclusionem ipsam probandam, argumento saltem sophistico, apparenterq; vero vti, quod qdem fuisse creditur, iam quod a sanctis accepisse dicebat. Idcirco Basilius (inquit) sanctoꝝ simulat conferre uare doctrinam, non autem dicit artificiosas & cauillatorias rationes accepit. Patet igitur Eunomium ex præcedenti vero, conclusionem suam ostendere voluisse, ac ipsam veram ēē putasse. Quod quidem Eunomij argumētū, si bene perceperitis, dubio procul vobis patebit, ipsum conclusionem eam inferre voluisse. Cum sanctis autem illis, q; sanctum spiritum ordine ac dignitate tertium ēē proferrent, ipse Basilius sentiebat, q; sententia Eunomio nequaquā opiculabatur, vt ex ea conclusionem suam posset inferre, sanctum videlicet spiritum natura quoque tertium ēē. Quandoquidem sancti, tametsi noti fuerint, quoniam tamen eorum sententia ad Eunomij rem neutiq; facere videret, idcirco is Eunomius ipsos (vt inqt Basilius) nominare non audebat, quos multos ēē dicens, opiniones eorum non exquisitas appellabat, qui sancti sanctum spiritum ordine ac dignitate tertium ēē profitebantur, quos tamē Eunomius paruifaciebat, & nulli alij sancti fuerant, quos vere posset citare. Propterea Basilius inqt, qui vero illi sancti sint,
- B** & in qbus sermonibus doctrinam fecerunt, non potest dicere, quibus quidem Basilius verbis pater Ephesie falso videris adduci, vt credas ipm Basiliū neutiq; dididisse, sanctum spiritum ordine ac dignitate tertium ēē, nec illos vnq; sanctos huiusmodi sententiam habuisse, cum, si qui fuissent, eos (inquis) Eunomius citauisset. At ipsi dicimus, nō nullos sanctos nostros ante ipsum fuisse, qui cum eius opinio fuerint, spiritus sancti quoque processionem credebant, Eunomium autem Arianorum secta inuolutū, cū ipsis sanctis sentire noluisse. Nunc redeo ad proximum meum sermonem, ad quē etiā respondi. In quo qdem Eunomij verba repetij, vt vos, P. amp. rem nostram melius intelligeretur, Magnum dicebam Basiliū volentem Eunomio contradicere, suā primo cōclusionem simpliciter posuisse, ac ipsam deinde (vt ex nostri codicis lectione videtur) duabus rationibus demonstrasse: altera, q; quemadmodū filius se habet ad patrē, ita etiā spūs ad filium: altera vero angeloz exemplo, quippe q; verus ratiocinandi modus existit, vt ex propositionibus veris, simplicibus, ac absolutis, veræ, simplices, & absolutæ conclusiones inferantur; quandoquidē canon certus, ac non fallax in dialectica est, vt ex propositionibus veris, falsum inferri non possit. Cum igitur vera & nō ambigua magnus Basilius proposuerit, cōclusionē etiā verā necessario intulit. Dissert autē nihil, siue illa fuerint argumenta, siue autoritates, sacra nāq; scriptura & autoritates sanctoꝝ, veroz argumentoz vim habēt. Ex vestri vero libri lectione duo nō parua in cōmoda sequi vident, nā ex propositionibus veris falsa cōclusio sequit, & ex ambigua Basilius propositioe vera nō aut ambigua cōclusio habet. Quod dubio procul fieri non pot: nā necessaria cōclusio ex dubia propositioe nequaquā cōsequit. Dissert igitur obsecro, P. reuerēde, qbus in tenebris versere, in hac ista tua persistens sententia, nam ex his duabus rationibus patet librum vestrum in hac parte mendosum & corruptum esse.
- C** Nō egdē arbitror, P. amp. necessariū ēē, vt ex simplici ac absoluta oratione cōclusio simplex & absoluta semp sequat, quin immo fieri posse existimo, vt quippiā veræ simpliciter sit, id, qd tñ ex eo inferatur, non veræ simpliciter, sed ex hypothesi, ac alicuius positione veræ existat. Quæadmodū magnus Basilius ratiocinari videt, qui angeloz exemplis, quæ vera simpliciter sunt, nō necessariū ēē diuersam ipsos naturā habere, demonstrat, & si alius quidē princeps, alius vero subditus (vt inqt Basilius) sit; quippe q; positus angeloz exēplis, datoq; sanctū spiritū ordine ac dignitate tertium esse, quod Eunomius ab euāgelio habere profitebat, nō tamē necessariū ēē demonstrat, spiritū natura quoque tertium ēē. Non igitur veræ est, vt ex simpliciter absoluteq; veris, id, qd cōcludit, tale sit.
- Vt me melius intelligas, reuerēde pater, hoc exemplū do tibi. Homo currit, ergo mouetur. In quo quidem argumento necesse est intelligere, non solum hominē simpliciter currere, verum etiam ex conditione, vt si homo currit, moueatur.

Iohan.

Mat.

Iohan.